



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORiarVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Eiusdem ratio gubernandi. Cap. X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

Eiusdem ratio gubernandi. Cap. X.



N consilio capiendō, & rebus gerendis, cum Deum semper, ut dictum est, accurata supplicatione consuleret, tū verò (quod mirum fortasse cuiquam videatur) non pietatis gustum, sed rationis ductum præcipue sequebatur: ut non rationem spiritus dulcedo præter, sed dulcedinem ratio. Hoc enim aiebat vno maxime bellis homines antecellere, quod hi ratione utantur, illæ nequaquam. Idem ad exsequenda consilia, quoad fas esset, omnes artes & humana præsidia sic adhibebat, quasi omnem spem in ijs repositam haberet; rursus ita Deum orabat, & ex eo pendeat vno, ac si nihil omnino in rebus humanis opis aut perfugij collocaret. atque hoc pacto (quod longè optimum ac perfectissimū est) prudentiam cum pietate iungebat; ipsaque negotia tanquam onera paribus examinata ponderibus, quamuis difficili ac lubrico itinere ad optatos plerumque exitus perducebat. Ad consultandum autem, illud obseruabat in primis, ut in quaque re semper eius rei peritissimos adhiberet, qua communicatione ac lenitate nimirum assequeretur, ut & rationes iniret optimas, neque in arte sua se quisquam ab eo vel præteritum, vel contemptum, iure conqueri posset. Ac cæteris etiam in rebus, videbat etiam atque etiam, ut vniuscuiusque dignitatis, ætatis, ac meriti ratio haberetur. Petronius erat Pisaurensis, qui ante aliquot annos mortuus est, egregia pietate & virtute presbiter. is, cum tres minores natu germanos fratres ad Societatem suis adhortationibus perduxisset; eum semper Ignatius adolescentulis loco parentis ac præsidis voluit esse: neque de ijs grauius quidquam, nisi ex illius auctoritate ac sententia statui passus est. Ad officia vel negotia, quæ per se obire non posset, cum viuis principibus transigenda, viros eligebat, rerum usu ac dicendi copia præditos; atque ijs ita vel scripto, vel verbis mandata dabat, ut liberum ijs omnino relinqueret.

ret, cum in rem praesentem venissent, suo iocum
 ratu cuncta ex re, & ex tempore moderata, & de
 vesperam ad se redeunti cuiquam ex ijs, cum in gressu
 tionem ab eo reposceret, primum omnium dicitur
 bat) ex animi tui sententia: quae liberalitas hominis
 si causae proderat multum; & suorum illum de
 bat animos: & eosdem ad exequenda negotia paratos
 alacres promptosque reddebat. Anno post Christi
 MDLIII. cum ad res in Lusitania componenda
 chaelem Turrianum legaret, haud ita pridem in
 tem admissum; licet ei varias praecipiones a
 diderit consignata litteris; tamen cum probata
 ac prudentia viri, non modo permisi, ut cum in
 am peruenisset, suo arbitratu consilia rebus
 etiam permulta ei dedit folia pura, suo manu
 pho, quibus ille prout opus esset, quidquid
 scriberet, ac deinde obsignatas epistolas
 pediret, ipsius nomine redderet. atque hanc
 nem laxè cum procuratoribus ac nuntijs
 per magno cum emolumento reinuit. Quae
 factis inferioribus minimè malignè suū
 testatem impertire consueverat: cauebat
 ne, quae per eos agenda forent, usurparet
 quidquam omnino apud subiectos de illorum
 tate vel existimatione minuere. Verum
 xabat habenas, ut easdem adduceret, quos
 non inferiorum instituta, moresque & ad
 nus dissimulante inquireret. Exstat
 Praepositum provinciae Lusitaniae, in hanc
 » Prae cuius mihi partem hoc loco inserere
 » que verò Provincialis aut Generalis Praepo
 » est, inquit, minuta quaeque, ac temporaria
 » administrando sectari: sed cum ad persona
 » honestius, tum ad tranquillitatem animi
 » praefectis inferioribus delegare, & rei
 » ab eis deinde repetere. Equidem in meo
 » nere id ipsum sequor: atque huiusce
 » in dies fructum capio, quippe cum & labore

dine leuari me magnopere sentiam. ac tibi quoque val-
 de sum auctor, vt curas & cogitationes tuas defigas in
 commodis & salute potissimum vniuersæ prouinciæ: & in
 rebus quidē singulis ordinandis ac disponendis, cū opus
 est, & ipse versere, & hominū tuo iudicio peritorū sentē-
 tiā exquiras; cæterū ab iisdem rebus per te curandis trāsi-
 gendisque vt plurimum abstineas, sed instar excelsi cu-
 iusdam motoris, orbis tibi subiunctos æquabiliter &
 cum grauitate ciete pergas: à quibus deinde, vt à proximi-
 mis causis, propria cuiusque effecta proueniant: quòd
 si feceris, & plura, & magis tuo muneri conuenientia, si-
 ne tumultu ac trepidatione confeceris. Præterea illud est
 in hac ratione commodi, quòd si quid in agendo peccetur,
 eius peccati præstat in tuis administris, quam in te
 residere culpam: ac multo magis decet, quidquid ipsi de-
 liquerint, corrigi abs te, quam si tu erraueris (quod per-
 facile est singula curiosius persequenti) te ab inferioribus
 emendari. Quod reliquum est, nobis Dominus IESVS
 CHRISTVS, ad ipsius voluntatem & clarè intelligē-
 dam, & ritè exsequendam pro sua benignitate lumen ac
 vias impertiat. Romæ xi. Kalend. Ianuarias MDLII.
 Hanc igitur Societatis gubernandæ regulam instinctu
 pianè diuino tenebat Ignatius, eamque in omnes partes
 plurimum aiebat valere. Primum, quòd inferiores præ-
 fecti, quò plus credi sibi, & quò liberalius tractari se vi-
 dent, eò libentius, ne videlicet humanitate vincantur, vl-
 tro ipsi cum superiore communicent. deinde, quòd mul-
 to acrius ac studiosius versentur in opere: nam vt quis
 que maxime suum habet negotium, ita summā in eius
 procuracione vigilantiam præstat, accedit, vt maior sit
 in dispiciendo ac statuendo claritas, maius auxiliū Dei,
 quippe sicut in rebus communibus, cum vniuersali præ-
 polito numen cæleste præcipuo fauore conspirat: sic i-
 dem proprijs cuiusque præfecti muneribus, suo quodā
 ac peculiari munere assistit: quorum si facultas & aucto-
 ritas à superioribus nimis arcè circumscribatur, & quæ
 per hosce tractanda sunt, illi suscipiant; primum ipsa
 confidentia odiosa est, & vt in alienis quodammodo re-
 ce s
 bus,

bus, continuo languescit industria. deinde per
 cupiditatem & ambitionem, peculiarem illi, de quo
 dictum est, diuinæ gratiæ quasi conuulsus amittitur.
 præterea, cum ad rem bene gerendam, & tactus
 & scientia necessario requirantur; scientia perquam
 inest ei, qui rem ipsam ex officio tractat, laborque labo-
 rectam oculis huic si minuatur, & suspensus, cau-
 sa non æquè bene cognita, rei transigenda se immittit
 ingenti prolixo malo potestas à cognitione longinquè
 atque hinc nimirum in omni cœtu suspiciones, discordias,
 rixæ, cum rectores & curatores non contenti
 mutere, alter in alterius partes inuadunt: perperam
 man confusionem tollitur discrimen officiorum, &
 ordo ille, quo nihil est in hac rerum vniuersitate
 tuis. Ad hæc, ubi is qui destinatus est quopum, tracta-
 ligatur præceptis, rarum est ut quidquam
 possit efficere. magna enim consilij pars est à
 & nouis quotidie casibus interdum ipsa
 cius immutatur: quibus in rebus dum religio
 tus animus hæret, dum fluctuat apud se, non
 ad absentes referre interim, irreparabili lege
 delictæ, occasionis præteruolat opportuna. Quæ
 præclare Ignatius nosset, cum suis adiutoribus
 toribusve, nisi si res aliter postularet, ea quæ
 tate utebatur. Itaque & in magnis & arduis
 actionibus voto respondebat euentus: & in
 regente concordia, is ordinum consensus, &
 ta vno eodemque spiritu ductuque agi videretur.
 uolentiam & caritatem suorum erga se, non
 bilitate, mansuetudine, cæterisque virtutibus
 iam industria quadam alebat: cauere
 mē, ne quid admitteret, cur eorum qui
 minus vel diligi, vel probari putaret. quod
 primū Generali Præposito seruauit, &
 ac deinde retinuit in sufficiens sibi, cum
 cario Generali: nec non in eligendis, qui
 tifici maximo, ut item supra dictum est,
 ipsius iussu, in Palatio adfuerent, quam

ad ipsorum Patrum consilium reiecit; ne certos ipse appellando, ceteros ad eiusmodi munera minus idoneos iudicasse videretur. Præterea, si quid pro imperio asperius exsequendum esset; eius invidiam ad inferiores administratos rejicere solitus est, ipsis videlicet non inuitis, communemque parentem pie ac religiose tuentibus. Qui hominibus cum potestate præfunt, hos cum alia fraudes & mala circumstant, tum illud in primis, de quo sanctus Bernardus ad Eugenium: Est item vitium, inquit, cuius si te immunem sentis, inter omnes qui cathedras ascenderunt, sedebis me iudice solitarijs, quia veraciter singulariterque leuasti te supra te, iuxta Prophetam. Facilitas credulitatis hæc est: cuius callidissimæ vulpecule, magnorum neminem comperi satis cauisse veritas. Ab hoc igitur scopulo, sicut à cæteris, magnopere Ignatius declinabat: quippe satis ad omnem animaduersionem ipsa varietate suorum temporum eruditus, ac delatoribus ita vnam aurem præbere consueuerat, ut semper alteram reo reseruaret absenti. Quin etiam accusatoris ipsius, inter dicendum, gestus, oculos, vultusque omnes attentè obseruabat: crebrisque ac minutis interrogationibus, veritatis eliciendæ gratia fatigabat hominem: totam deinde rem, si opus esset, per se & per idoneos viros omnibus vestigijs indagabat leniter ac sine tumultu: cauebatque non modò ne quemquam damnaret indicta causa, verùm etiam ut ne quid omnino præiudicati ad causæ cognitionem afferret. Illud etiam, in rebus præsertim grauioribus, obseruabat interdum, ut accusatorè iuberet sua manu scribere, quæ deferret: primùm quòd hominum naturam pronam esse ad maledicendum intelligeret, & stylum quàm linguam longè facilius contineri: tum etiam, ut si quod mendacium, ut sit, tempore procedente existisset, id, ipso delatoris chirographo teneri & coargui posset atque hoc temperamèto fieret, ut neque si quid grauius accidisset, ignoraret Ignatius, neque innocentes per calumniam aut per factionem circumueniri vel opprimi sineret. Idem omnes reipublicæ partes vigilanter curabat; neque mittebat

(14 quo

(in quo grauius à magistratibus fere peccare) ut dicitur
 vnam amplecteretur, desereret alteram. Verum tamen
 præcipua quadam fuit obseruatione in bonitate
 Societatem adscribendis, quam ille rem tantum monens
 ducebat esse, ut cum alioquin è custodia corporis eue-
 re quàm primùm optaret, hanc vnam ob causam in
 quot annos propagari sibi vitæ spatia cuperet, quod
 mirum tyrociniij formula ac disciplina, ad secretum
 sum & institutum probè constituta foret. Tyrocinus
 ille non à naturali quâdam bonitate, vel potius pietate;
 sed à vigore magis ingenij, & rerum generalium
 adiumentis, legebat: negabatque, qui ad populum
 factus non esset, eundem esse ad ministrum Societatis
 doneum. Quod si quis bardum quempiam ex hominibus
 obruderet, quod ipsum utique è sæculi nauis
 ret euasurum; nihilominus recusabat legem, præsertim
 affirmans è Societate IESV dicendum esse, quod
 vnus, non etiam ad aliorum salutem, & actum
 ter posset incumbere. Quos autem ad probationem ad-
 miserat, eorum spiritum dabat operam ut eorum
 mis experimentis cognosceret penitus inopiam
 tum ad suauem quemdam sensum pietatis, quo
 ti omnia merentur; sed ad veras ac solidas virtutes
 diebat: ac præsertim (quod sæpe iam diximus) ad
 lius rei quamuis cæteroqui laudabilis amorem
 ad scopulum adhærescerent, sed ab omni alia
 te, vel etiam propensione soluti ac liberi, ex
 superiorum nutu ac voluntate penderent: ne
 cerent abditos eorum sensus exquirere, vel
 sciscitari; vel quem, quibusve de causis, vel
 cæteros tollerent, aut etiam infra, suo arbitrio
 rent: sed illis omne iudicium & consilium
 tum; sibi simplicitatis & obsequij gloriam
 putarent: essentque proinde ad omnia quam
 & absurda & subira paratissimi. Omnes
 monias perbenignè audiebat: ac solabat
 nillimis. atque etiam diligenter curabat, vna
 nis disciplina, & Præfectorum dignitate,

heret. Neque verò minori vigilantia & feueritate Præfectos ipsos quàm reliquos omnes in officio continebat; quietiam tanto plura maioraque ab illis, quàm ab his exigere solitus est, quanto superiores inferioribus, gradus & virtutum insignibus antecellunt. Idem, in respondendo agendoque, simplicitatem ita cum cautione coniunxit, ut satis apparet, alteram alteri non modò impedimento non esse, verum etiam ornamento atque præsidio. Suspensa, vel ambigua, vel obscura verba, perplexum de industria incertumque sermonem; uti barbaras artes; & subdola mendacij tegumenta, fideique ac societatis humanæ perniciem, semper est detestatus: ac suo monstravit exemplo veritatis cultor eximius, quantum inter prudentiam & calliditatem intersit.

Eiusdem ratio proximos adiuuandi.

Cap. XI.



NIRAE fuit solertia in sollicitandis mortalibus, & à diaboli seruitute ad Christi Domini obsequium traducendis. ac quibus artibus dæmon ad animarum perniciem vitur, easdem ipse (quoad liceret, ac fas esset) ad hominum salutem ac beneficium transferbat. Voluntates ac naturas eorum quibus cum ageret, festinè odorari; ambitiosis splendida, auaris vilia, voluptuosis iucunda proponere; & suo, quod aiunt, hano vel esca quemque piscari. Iam in congressu, maxime Principum, id obseruabat in primis, ut sermonis iniuria illis daret, extrema reseruaret sibi: cauebatque ne de rebus etiam diuinis ineptè vel ad satietatem ac fastidium loqueret. Tristem verò & horridam sapientiam (vtiq; postquam in lucem hominum prodijt) semper vitauit: cuius philosophiæ nomen ipsum, intelligeret, etiam si mortali tractetur, tamen satis odiosum esse per se; nihil in habitu suo, vel in genere vitæ, rarum aut notabile conspicere voluit: ac semper sese, quibus rebus honestè ac religiosè